Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift

idest perfecte & consummatae doctrinae: Nondum
capaces existimur. sed post longa exercitia post
profectum plurimum cum iam proximisumus aduer
sam & in ipsum finem perfectionis urgemur. tum de
mum solidioris cibi & perfecti uerbi capaces fieri
possumus. Nunc ergo festinemus caelestem manna
suscipere; istud enim mannae prouenit quisq; tale
sapore reddit in ore eius; Audi enim & dnm di
centem his qui accedunt ad se; fiat tibi secundum
fidem tuam; & ut ergo si uerbum dei qd in aeta p dicat
tota fide & tota deuotione susciperis. fiet tibi ipsum
uerbum quodcumque desideres; uerbi gratia si tribu
laris. consolat te deus. Cor contritum & humiliatum
deus non spnit. si laetaris prospe futura. cumulat tibi
gaudia dicens. Laetamini in dno & exultate iusti.
si iracundus es mitigat te deus. desine abire & dere
linque indignationem. Si in doloribus sis sanat
te deus: dns sanat omnes languores tuos. Si paupertate
consumeris consolat te deus: dns allevat de terra in
opem & de stercore erigit pauperem; sic ergo manna
uerbi dei reddit in ore tuo sapore quecumque uo
luerit. Hoc tamen si quis infidelium susciperit
& non comedat. sed absconderit. uermes ex eo ebul
liunt; putris putrefactusque deducendum est uerbum dei